

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvvm Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab  
Azpilcveta Doctoris Nuarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici  
dispositionem in suos Titulos distributæ

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

6 Arma deferentes infidelibus, an, & quando peccant, & absoluendi sint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13903**

DECISIO III.  
Ex conf. 4. alias 18. de usuris.

**N**on solum Papa, sed etiam alius quicunque Princeps secularis, siue Imperator siue Rex sit, aut si his qui superiorem non recognoscit, nulla de causa poterit sine peccato, auctoritate sua in terris suis permittere, etiam sine ecclesiastica auctoritate usurarum exercitum Iudeis, factis Iudeis capitulis cum eis, & non accipiendo luctum sibi de illo exercitu; ita Nau. in Mar. cap. 17. n. 193. Quamvis melius faceret, qui id non nisi summus Pontificis consilium, cum capitulis ab coprobatis permittaret. Poreit etiam Christianos ad pacem, & conuentu inter Principem, & Iudeos obseruanda compellere, & consequenter ad soluendas usurias promissas; Iudeis, & permisias Princeps vero, qui superiorem recognoscit, nullus horum iustè permittere potest, sine auctoritate Papa, vel illius Superioris, in cuius territorio viuit.

DECISIO IV.  
Ex conf. 4. alias 34. de usuris.

**L**icitia usurias exercendandi in terris ecclesie a Papa concessa, extra terras ecclesie in temporalibus non subiectas, non se extendit; praesertim cum Privilégia, que in præiudicium aliorum Principum in temporalibus redundat, restringenda sunt. cap. Potro de priu. Ad verum autem intercessum luci cessionis, quam danni emergentis seruat seruandis sine aliqua speciali permissione Principis spiritualis, & temporalis iure communis, tam Iudeo, quam Christiano cuicunque mutuare licet. ex Nau. in Manu. cap. 17. n. 211.

## DECISIO V.

Ex conf. 5. in antiquis est 35. de usuris in Nonis.

**S**icut recte nonnunquam permittitur aliquod malum, hoc est, non punitur, ut aliud peius impediatur, unde & lupanaria in iudicis locis permittuntur, ne casta matrimonia solicitentur, & ut alia peiora impediantur. ex S. Th. 2. 2. q. 10. artic. 11. ita etiam a Papa in vobis, & Auniōni; & alibi ab alijs Principib. usurparum exercitum Iudeis permisum est ad male maiora vitiumque curanda; id quod ab illo peccato fieri potest non participando in lucro, fecus tamen si in illo participant. ex Nau. in Manu. cap. 17. num. 193.

## DECISIO VI.

Ex conf. 3. in Nonis est conf. 3. de clandest. desp. in antiquis. dub. 6. 7. & 8. sed quia huic titulo magis convenit, hic apponere usum est.

**A**r morum delatio ubi non est prohibita, cum multo viatore, sed solum sub aliqua parua pena temporali, non est mortalis, nisi inde aliquid scandalum notabile Recipitur, vel deferrentur in finem mortis, cum mortali inobedientia, vel scandalo, vel bella iniuncta, praesertim pro infidelibus contra Christianos, in quibus casibus sic deferentes, nihil abstinat, absoluvi non possunt.

## DECISIO VII.

**A**rmæ fabricare possunt Christiani in terris Turcarum viuentes, siquies vendere, modo eas ad bellum militari non fabricent, nec tacite aut virtualiter scient, aut credant illos, quibus vendunt, eis ad iniuncta bella praesertim contra Christianos usurios; quia hoc esset cooperari ad malum, quod nunquam licitum esse potest.

## DECISIO VIII.

Ex conf. 4. in Nonis, est cor. 3. de cland. desp. dub. 7. in antiquis.

**T**urcorum in regione habitans subditi Christianus, Turcis equos & armæ iuste vendere potest, dummodo ea intentione non vendat, ut ijs in bellis iniunctis viciuntur; Nec ligatur legibus prohibentibus quedam ad Tur-

cas deserteri, & ita quorundam de Iudeis, quae solum contra illos editæ sunt, qui cum non sint infidelibus subditi, Turcis tamen ea vendunt, & deferunt. Potestque sic Turcis subditus, bellis quæ Turca alijs in fidelibus iustè indicet, interesse & acquirere secundum jus commune, cap. ius gen. ium d. 1. si ipsi eo vtuntur, dominium rerum, & personarum, quas in bello capiunt, vel a captiuis pretium redemptionis exigeat, & pread am captam tueri etiam infideles aduersarios, occidendo.

## DECISIO IX.

**M**ilitie nomen dare apud Turcas Christianis ibidem commorantibus licet, dummodo non se obligent, nec intendant in bello iniusto bellare; Nam si talis obligationem faccent, grauter peccarent, nec promissionem pro hac parte feruare tenentur. Arg. cap. Militare. 2. q. 1. & cap. Italian. 1. q. 3. proponentesque obligationem hanc pro dicta parte non feruare, absoluvi posunt.

DECISIO X.  
Ex conf. 6. in Nonis deest in antiquis.

**C**acabi, & alia vasa ænea, vel ferrea ad usum coquinæ principaliter fabricata, quamvis proprie armæ bellica non sint, quia tamen ex eis armæ bellica confici possunt, & solent, ideo mercatores, & alij hacten attracenos dolo mali, seu fraude deferentes, aut eis hacten vendentes, in Bellum Generale, & alias iuri excommunicationes incidunt; fecus vero si bona fide, sine fraude & dolo, aut mala intentione vasa prædicta eisdem ad usum alios quam bellicos vendant.

## TITVLVS VI.

## De Hæreticis.

## SVMMA R. I V M.

- 1 Inquisitor hæretis super incastriure communi cognoscere nequit.
- 2 Renuntiatio beneficij ante priuationem facta est valida, se eus si solum ante declarationem.
- 3 Libros damnatos sine licentia tenens, & legens, Bulla Cœne excommunicatur.
- 4 Sepelens scienter hæreticum excommunicationem non reseruatam incurrit.
- 5 Abiuratio de vehementi est quædam purgatio Canonica.
- 6 Iudei, & Pagani, in quibus ecclesiæ subiecti sunt.
- 7 Confessio & absolutio excommunicationis si talem ignorantis, valent.
- 8 Denunciare non tenetur quis, quem hæreticum dubitat, sed probare nequit.
- 9 Prelati Regulares in subditos de criminis hæretis procedere non possunt.
- 10 Hæretici fautor censetur iudex, qui illum aufugere permettit.
- 11 Bona hereticorum nisi prius declarantur, apprehendi nequent.
- 12 Testis ad pœnam ignis se obligans non est ea puniendus.
- 13 Hæreticos notorios non denunciatos vitare non tenemur.
- 14 Iudici interroganti cum iuramento an sacram fecerit, vel eidem interfuerit, an catholicus negare licet.
- 15 Catholicus an, & quomodo in terris hæreticorum habite re potest.
- 16 Hereticorum funus ducere, ubi, & quando licet catholicis.
- 17 Catholicis superiori infideli indifferentia iubenti iustè parent.
- 18 Laicus de fide disputans, excommunicandus, si scit non licere.

